

les includatur in quantitate circulari, quanta in quadrata, vel triangulari, partes ergo fieri potest, ut idem contingat in essentia, quod scilicet tanta perfectio includatur in una servata diversitate essentia, quanta includitur in alia, & prout sunt æquales in perfectione proportionaliter, licet non sint ædinvicem commensurabiles propter diversitatem essentialem. Rursus essentia divina est in infinitum variis modis imitabilis a creatura, ponatur ergo una aliqua essentia jam producta, deinde incipiat Deus producere alias, & alias essentias; ita tamen ut incipiat ab aliqua imperfectiori, & progrediat ad magis perfectas continuando hanc productionem, quousque producatur aliqua creatura perfectior illa, quam supponimus reperiri ante hanc continuatam productionem, tunc necessario concedenda est aliqua creatura æqualis perfectionis cum illa, quia antequam creatura perfectionem producat prius per gradum illum inferiorem transire debet, in quo reperitur creatura illa jam ab initio producta. Tandem si non possit Deus communicare alicui creaturæ tantam perfectionem infra suum esse, quantum communicavit alteri, non esset in infinitis modis imitabilis.

Respond. distinguendo de duplici proportionem geometrica nempe, & arithmetica ex Arist. 5. Eth. cap. 7. & tunc concedo assumptionem de prima proportionem, quæ tunc contingit, quæ una res in suo genere terrib. grat. animus aliquis est ita perfectus, sicut aliquis equus in genere suo, in hoc, inquam, sensu verum est, quod tanta perfectio esse potest unius rei in suo genere, quanta est alterius in suo servata proportionem, nec huic proportioni diversitatem essentiarum obstat, sed negatur de proportionem arithmetica, quam alii appellant æqualitatem ad pondus, nam illa contingit, quando nulla habet rationem perfectionis, quam hæc, vel illa res requirit in suo ordine, tanta perfectio est in una essentia, quanta est in alia simpliciter, & absolute loquendo, huic autem æqualitati ad pondus, seu proportioni arithmeticae obstat diversitas essentiarum ob rationes jam assignatas. Ad Conf. respondetur per eandem distinctionem proportionis, quod si majorem proportionem, ac æqualitatem per illud exemplum inter duas species intendit Pasqualig. numer. 132. argumentum illud ex divinis Ideis deducendum magis oppositam verax sententiam, quam nostram, quia si duæ creaturæ essentia adamussim æquales in perfectione, quæque divinam essentiam in eodem gradu imitantur, unam, & eandem haberent ideam præsertim secundum Adversarios scilicet divinam essentiam in tali gradu imitabilem, & sic non essent illæ essentia essentialiter diversa, quia diversis essentia diversa quoque correspondent Ideæ, & divina essentia sub diversis respectibus imitabilis, unde casus ille de illa continuata productione admitti non debet eo modo, quo ponitur in argumento, ut nimirum possit denud alia produci creatura æqualis in perfectione illi, quæ ab initio supponitur ante alias fuisse productam, quia tunc ambabus una corresponderet idea, scilicet essentia divina sub uno, & eodem respectu imitabilis. Et ad ultimum cum dicitur, quod hoc negato non esset Deus in infinitis modis imitabilis negatur hæc consequentia, quia satis ostenditur Deus in infinitis modis imitabilis eo ipso, quod potest diversas entium species producere in infinitum, & semper in æquales, unam scilicet altera perfectiorem, & sub eadem specie infinita individua semper æqualia in eadem essentiali perfectione.

235 Postremo arguitur, sicut se habent ea, quæ sunt ejusdem

rationis specificæ ad gradualitatem illius rationis, sic ea quæ sunt alterius rationis ad gradualitatem communis rationis, sed dicitur albedines participare rationem albedinis aliquando in uno gradu, & aliquando in alio, & alio, ut patet, ergo, & formæ alterius rationis poterunt entitate partem participare, & nobilitatem in eodem gradu. Præterea, quandoquæ aliqua distinguuntur non est inconveniens, si accidat diversitas in uno, non facta diversitate in alio, sed in forma specifica aliud est sua ratio quidditativa, & alius est gradus perfectionis, alioquin quæcumque sunt ejusdem speciei, essent æque perfecta, quod est falsum, cum una anima intellectiva sit nobilior alia, ergo alia possunt esse distincta specie, & habere eundem gradum nobilitatis.

Respond. duas rationes ab Averro. & Sone. in terminis proponi, atque dissolvi, sed quia non solvantur iuxta nostra principia, aliter respondeo ad 1. neg. paritatem majoris, quia diverso modo contrahitur genus ad species, & species ad individua; nam differentia specificæ pertinet ad quidditatem constituti, & sunt ad invicem oppositæ, & contrariæ, & perfectionem addunt rationi contrariæ, non sic differentia individualis, quia nec pertinet ad quidditatem sui constituti, quando quidem non explicat quid sit individuum v. g. quid sit Petrus, sed potius quid sit, nec sunt inter se oppositæ, & contrariæ sed disparatæ, nec perfectionem addunt speciei contrariæ, cum non sint entia quanta, ut fufus constat disp. 10. de principio individuationis; hinc est, quod omnia individua sunt ejusdem rationis essentialis, & perfectionem essentialem semper in eodem gradu participant, cum unum non sit essentialiter perfectius alio, quocumque modo sit de gradibus individualibus, nam quoad istos concedunt aliquinum individuum esse perfectius alio, quod in accidentibus magis, & minus fulgentibus planè negari nequit, unus enim calor est alio interior, & albedo, ut lex perfectior est albedine, ut tria, quoad istos gradus individualis, tamen quoad specificum, & essentialem albedinis una non est perfectior alia, quia ille consistit in indivisibili, & æqualiter participatur ab omnibus; ex qua doctrina patet etiam quid sit dicendum ad minorem, nam solum verificatur de participatione secundum gradus individuales, specificus quidem ab omnibus individuis æqualiter, & indivisibiliter participatur, est etiam aliud discrimen valde notandum inter gradus individuales, & specificos, ut notat Tromb. 1. Metaph. question. 1. artic. 2. quod specificus identificatur realiter, & formaliter cum essentia, at non sic individuales gradus, & ideo ab istis potest albedo separari, & intermedium cum uno reperiri, & aliquando cum alio, ac nuncquam separari potest a gradu essentiali, & specifico, unde constat paritatem in majori assumptionem minime valere, quæ etiam doctrina traditur a Scoto 1. dist. 17. question. 3. Ad aliud negatur minor, essentia namque, ac ejus essentialis perfectio sunt omnino idem realiter, & formaliter, & ad summum dici possunt distincta modaliter, quæ distinctio cum sit minima non sufficit ad verificandum, quod duæ species in essentia diversificentur, & in perfectione essentiali conveniant, tum quia hæc ita communiantur essentia, ut cum quo essentia non convenit, nec etiam perfectio essentialis convenire possit; negatur itaque minor, & gratis conceditur quæcumque sunt ejusdem speciei esse quoque ejusdem perfectionis essentialis, unde falsum est, quod una anima intellectiva sit essentialiter nobilior alia, an verò dici possit perfectior quoad gradus individuales, inferius declarabitur disp. 10. question. 11.

rationis specificæ ad gradualitatem illius rationis, sic ea quæ sunt alterius rationis ad gradualitatem communis rationis, sed dicitur albedines participare rationem albedinis aliquando in uno gradu, & aliquando in alio, & alio, ut patet, ergo, & formæ alterius rationis poterunt entitate partem participare, & nobilitatem in eodem gradu. Præterea, quandoquæ aliqua distinguuntur non est inconveniens, si accidat diversitas in uno, non facta diversitate in alio, sed in forma specifica aliud est sua ratio quidditativa, & alius est gradus perfectionis, alioquin quæcumque sunt ejusdem speciei, essent æque perfecta, quod est falsum, cum una anima intellectiva sit nobilior alia, ergo alia possunt esse distincta specie, & habere eundem gradum nobilitatis.

Respond. duas rationes ab Averro. & Sone. in terminis proponi, atque dissolvi, sed quia non solvantur iuxta nostra principia, aliter respondeo ad 1. neg. paritatem majoris, quia diverso modo contrahitur genus ad species, & species ad individua; nam differentia specificæ pertinet ad quidditatem constituti, & sunt ad invicem oppositæ, & contrariæ, & perfectionem addunt rationi contrariæ, non sic differentia individualis, quia nec pertinet ad quidditatem sui constituti, quando quidem non explicat quid sit individuum v. g. quid sit Petrus, sed potius quid sit, nec sunt inter se oppositæ, & contrariæ sed disparatæ, nec perfectionem addunt speciei contrariæ, cum non sint entia quanta, ut fufus constat disp. 10. de principio individuationis; hinc est, quod omnia individua sunt ejusdem rationis essentialis, & perfectionem essentialem semper in eodem gradu participant, cum unum non sit essentialiter perfectius alio, quocumque modo sit de gradibus individualibus, nam quoad istos concedunt aliquinum individuum esse perfectius alio, quod in accidentibus magis, & minus fulgentibus planè negari nequit, unus enim calor est alio interior, & albedo, ut lex perfectior est albedine, ut tria, quoad istos gradus individualis, tamen quoad specificum, & essentialem albedinis una non est perfectior alia, quia ille consistit in indivisibili, & æqualiter participatur ab omnibus; ex qua doctrina patet etiam quid sit dicendum ad minorem, nam solum verificatur de participatione secundum gradus individuales, specificus quidem ab omnibus individuis æqualiter, & indivisibiliter participatur, est etiam aliud discrimen valde notandum inter gradus individuales, & specificos, ut notat Tromb. 1. Metaph. question. 1. artic. 2. quod specificus identificatur realiter, & formaliter cum essentia, at non sic individuales gradus, & ideo ab istis potest albedo separari, & intermedium cum uno reperiri, & aliquando cum alio, ac nuncquam separari potest a gradu essentiali, & specifico, unde constat paritatem in majori assumptionem minime valere, quæ etiam doctrina traditur a Scoto 1. dist. 17. question. 3. Ad aliud negatur minor, essentia namque, ac ejus essentialis perfectio sunt omnino idem realiter, & formaliter, & ad summum dici possunt distincta modaliter, quæ distinctio cum sit minima non sufficit ad verificandum, quod duæ species in essentia diversificentur, & in perfectione essentiali conveniant, tum quia hæc ita communiantur essentia, ut cum quo essentia non convenit, nec etiam perfectio essentialis convenire possit; negatur itaque minor, & gratis conceditur quæcumque sunt ejusdem speciei esse quoque ejusdem perfectionis essentialis, unde falsum est, quod una anima intellectiva sit essentialiter nobilior alia, an verò dici possit perfectior quoad gradus individuales, inferius declarabitur disp. 10. question. 11.

De Natura communi, seu universali.

Postquam de essentia, & existentia entis finiti, ut sic, tractatum est in præcedentibus, quia hoc dividitur in substantiam, & accidentem, ut dictum est disp. 7. q. 1. de his partibus subjectivis mox esset agendum. Perim quia substantia, & accidentem per varia distribuuntur prædicamenta, & prædicamentalis linea ex variis entium gradibus constituitur, scilicet universalibus, qui fundantur variis intentionibus logicis dicuntur genera, & species, vel singularibus, qui dicuntur individua, antequam de substantia, & accidente agamus, utile visum est prius de his gradibus differere, qui utriusque conveniunt, nam genera, species, & singularia in prædicamentis accidentium reperiuntur perinde ac in categoriis substantiæ. Ex quo fit hic per naturas communes, & universales intelligi debere, non quidem gradus transcendentis Deo, & creaturis communes, ut bene notat Bassolus 2. dist. 12. question. 4. artic. 2. quia hujusmodi conceptus non fundantur in aliqua natura, vel realitate, quæ verè sit communis Deo, & creaturis, ut constat ex dictis disputationibus. 2. de natura entis, sed solum prædicamentales, & limitator, iam genericos, quam specificos, cum enim isti importent naturam, seu realitatem a parte rei pluribus communem, ut postea constabit, merito nomen communium naturarum sibi vendicant. Et quia universalis solent singularia natura præcedere, prius de natura communi, & universalis sermonem instituemus, postea de singulari, quare præfens disputatio erit de natura communi, sequens verò de Individuo, & singulari.

QUESTIO PRIMA.

An ultra singularia à parte rei dentur nature communes, seu universales.



Lures varias Universalis acceptiones tradidi in logica in præfatione disp. 4. ut enim alias omittam, quæ modo ad rem non faciunt, aliud dicitur universale in significando, & est nomen magis significans, ut hoc nomen homo, animal, quæ omnes homines significat, & omnia animalia; aliud in representando, ut cognitio quam intellectus habet de homine, vel de animali, hæc enim aliquo modo homines præsentant, ac omnia animalia saltem quantum ad id, in quo conveniunt; aliud dicitur universale in essendo, quod scilicet est in multis, ut natura animalis, quæ in omnibus animalibus reperitur, & natura hominis, quæ est in omnibus hominibus, & hoc etiam appellari solet universale metaphysicum; aliud tandem dicitur universale in prædicando, seu logico, & est illud, quod prædicatur de multis merito cuiusdam secundæ intentionis logica per intellectum applicatæ illi nature communi, quæ dicitur universalis in essendo, ut cum animal de omnibus animalibus prædicatur per modum generis, & homo de pluribus hominibus per modum speciei; unde patet universale in essendo fundamentum esse universalis in prædicando, ex eo enim quod natura humana est in Petro, & Paulo, aliud prædicatur de illis prædicatura dicente, hoc est hoc, Petrus est homo, Paulus est homo. Universale itaque quod ad præfens pertinet institutum, est universale in essendo, quod absolute loquendo sub nomine universalis intelligitur ad differentiam singularis, & individui, quod pluribus communicari non potest, ut Petrus, & hic equus, nam de universalis in prædicando satis dictum est in logica disp. 4. loc. cit. quæst. 1. & obiter solum aliqua de universalibus in essendo diximus, pro quantum necessaria erant ad cognitionem fundamenti Universalis logici, ejus integrum referendo tractatum ad hunc locum. Porus autem sub titulo de natura communi, quam de Universalis in essendo, ut fieri solet, hanc disputationem proposui, & questionem præfentem (quæ sub hoc alio titulo solet institui), an universalis in essendo sint nature reales, an verò nudæ voces, & conceptus) quia universalitas proprie loquendo nequit à parte rei convenire naturæ, & essentia, bene tamen communis, ut Doctor 2. dist. 3. quæst. 1. ubi §. ad questionem, inquit naturam de se nec esse universalem, neque particularem, sed ad utrumque indifferentem, & in fine quæst. ait communiatem ex se convenire naturæ, non tamen universalitatem, quare cum hic queritur, an detur naturæ communes, seu universales a parte rei, seu sub alio titulo, an universalis in essendo sint nature reales, vel nudæ voces, & conceptus, non accipitur universale in rigore, fed fuisè prout se extendit ad omne id, quod ex se singulariter non est, & aliquo modo commune multis, unde natura prout à singularitate distinguitur, rectius dicitur natura communis, quam universalis, licet hæc dici possit controverfia de nomine. Quamvis autem quæsitum hoc fuerit jam disp. 4. loc. ab initio propositum, & reoblitum, placuit tamen rursus hic illud proponere, tum quia hæc est ejus proprius locus, ubi obiter tantum de eodæm est, tum quia hic temporibus apud Recentiores valde invaluit Nominalium opinio naturas communes negantium, seu universalis in essendo, & ideo longiori adhuc discussione materia præfens indiget.

Duplex itaque sententia est in hac materia, una Realium, & alia Nominalium, Reales enim asserunt prædicari quibusdam, quæ sunt intrinseca rebus singularibus, & in quibus singularia ipsa essentialiter conveniunt, convenire à parte rei communiatem, & universalitatem quandam, ac etiam quandam unitatem sibi intrinsecam distinctam ab unitate, quam habet cognitio, quæ circa illas naturas, vel prædicata veratur, atque adeo naturas illas v. g. hominis, & animalis immediate concipi, & significari conceptibus, & nominibus universalibus; ita fert tota schola Rea-

lium, qui & hoc nomen hujus quæstis decisione sibi mutuatim asferentes universalis in essendo esse naturas reales, non verò nudas voces, & conceptus, ut asserunt Nominales, à quo asserto, & ipsique Nominalium cognomen traxerunt, verum tamen est neque ipsos Reales postea inter se convenire in explicanda communiatem, & unitate naturæ realis, quæ est in pluribus communicabilis, Thomistæ namque volunt talem communiatem convenire naturæ nisi per opus intellectus, Scotistæ vero eam convenire contentum aliquo modo etiam præter opus intellectus, ut fufius infra explicabitur, ubi de hac unitate, & communiatem nature propria quæstia proponetur.

Nominales verò negant, universalitatem, vel communiatem revera convenire alicui prædicato, quod sit singularibus intrinseca, asserentes nullam rem dari posse in rerum natura, quæ sit universalis in essendo, sive existens in singularibus, sive separata ab illis, ut aiebat Plato, quia quælibet res existens, vel quæ existere potest, est singularis; sed dari solum universale in significando, vel in representando, quod non distinguitur in re singulari in essendo, sed tantum in ratione signi; unde consequenter asserunt ex parte objecti nullam merito convenire conceptui universalis, sed omnia à parte rei esse singularia, ut etiam hinc deducunt unitatem universalis in essendo esse ex actu intellectus, quo confusè concipiuntur omnia singularia, ut similia, non quidem similitudine formaliter relativa, sed fundamentaliter, atque adeo ex parte objecti non esse aliam unitatem, nisi similitudinem, similitudo autem necessario dicitur plura, quæ tamen plura distinctè non concipiuntur, seu confusè, in quo Nominales conveniunt cum quibusdam antiquis, quos memorat, ac refellit Arist. 4. Metaph. quæst. 1. d. 2. qu. 4. & quol. 12. & 13. Adam 1. d. 33. q. 3. Gabriel. 1. d. 2. qu. 3. Greg. 1. d. 3. Rubion. ibid. qu. 7. & sequuntur modo Recentiores Auctores ex Soc. Jesu Hurta 1. disp. 5. Met. sec. 1. 10. & Ariag. disp. 6. loc. sec. 4. Ovid. contr. 3. loc. punc. 4. & 5. & alii.

4. Fallum verò mihi videtur, quod hic ajunt quamplures ut Suarez disp. 6. Met. sec. 2. Morfan. disp. 1. loc. qu. 3. Poncius disp. 3. loc. qu. 5. Nominales in hac materia verbi solum, & in modo loquendi à sententia Realium differere, id inquam falsum est, ut constat ex relatione jam facta amborum opinionum, quia major rem sanè unitatem, & communiatem à parte rei tribuunt naturæ Reales, quam Nominales, isti namque volunt vocibus, & conceptibus universalibus ipsa singularia immediate significari naturam inferioribus communem, ipsa verò inferiora, non nisi immediate, tum quia circa rerum universalitatem Nominales præfendunt tantum ex parte actus modo jam explicato, sed Reales præfendunt etiam ex parte objecti, certum autem est obiectivè præfendentes re ipsa distare à sententia præfendendum formaliter tantum, præsertim loquendo de præfionibus objectivis, quas admittunt Scotistæ, ex dictis disp. 6. quæst. 16. tum quia Nominales nullam intrinsecam unitatem, & communiatem agnoscunt in natura, quæ denominationem universalis induere potest, bene tamen Reales, aut formalem, & actuaalem ex natura rei citra quodcumque opus intellectus, aut saltem virtuaalem, & fundamentum. Verum est tamen, nonnullos Thomistæ adeo tenuem, & exillem naturæ tribuere unitatem ante opus intellectus, ac ita suam explicandæ sententiam, ut non nisi verbi à Nominalibus differat, quæ de cum cæteris Thomistis in præcipuis D. Thomæ discipulis, ne cum cæteris in Nominalium abire videretur, unitatem, & communiatem nature explicat iuxta phrasim Scoti, ut videtur est cap. 4. de ente, & essentia qu. 6. & inferius magis constabit. Sed adhuc minus placet, quod ait Poncius loc. cit. eam esse Nominales negasse dari illam naturam universalem in essendo, quam intellexerunt per naturam universalem in essendo aliquam unam positivè naturam, quæ eadem positivè secundum se formaliter posset verè, & positivè inexistere multis, unde concludit non tam absurdam esse eorum sententiam, quam communiter existimatur, nec inter Nominales aliam esse cum aliis Doctoribus, quam de

de nomine controversiam. Hoc inquam, valde inconfulo dicitur, quia Nominales naturae nedum negant unitatem positivam, sed etiam negativam, & nedum negant ante opus intellectus esse pluribus communem per inexistenciam, sed etiam per indifferentiam, ut est videre apud Ariag. Ovid. & Hurtad. loc. cit. qui praeterim inter alios Recentiores sententiam Nominalium in genuino eorum sensu intellexit, ac tenuit. Postem in huius rei confirmationem plura ex Ocham, & Rubion. cit. afferre testimonia, sed sufficiant Hurt. verba, quibus explicat Nominalium opinionem sec. 10. §. 97. & seq. ait enim apud Nominales talem esse communem naturam, ut conceptui universali non respondeat unum obiectum unitate se tenente ex parte ipsius, sed unum unitate similitudinis, quae non est unitas simpliciter, sed secundum quid, cum dicat multipliciter plurium similitudinem, unde illa multa habent unitatem ex actu intellectus, a quo etiam habent universalitatem formaliter, atque adeo sicut unitas proveniens ex actu est extrinseca obiecto, ita, & universalitas; nullam ergo intrinsecam, & realem naturam unitatem tribunt Nominales ex parte obiecti se tenentem, sed tantum extrinsecam, & rationis provenientem ex parte actus, nullum immediatum vocis, sed solum conceptus universalis significatum agnoscunt; sed sola singularia, ut familia; Reales vero intrinsecam, & realem tribunt naturam unitatem ex parte obiecti praecedentem opus intellectus actualiter, vel saltem virtualiter, & hanc unam naturam singularibus communem dicunt esse immediatum significatum vocis, & conceptus universalis, non ergo solo nomine, aut in modo loquendi tantum distant Nominales a Realibus, sed etiam in re, ut adhuc magis ex dicendis constabit.

ARTICULUS I.

Ultra singularia dantur naturae communes a parte rei.

Dicendum est ultra singularia a parte rei dari naturas reales illis communes, in quibus realiter assimilantur, atque adeo universalia in essendo non esse naturas voces, aut conceptus, sed reales quaedam naturas, quae in rebus ipsa vere existunt. Conclutio haec in schola Realium indubitata est, per quam solum in existenti imaginationem destruerent Nominalium, & statuerent realitatem naturarum communium in universo, partem curando nunc de modo, quod debeat admitti, nisi extra singularia, aut solum in illis, num ab illis realiter distinctae, vel tantum formaliter, aut ratione, & qualis sit haec ejus unitas, & communitas, an sit unitas positiva, vel negativa tantum, an communis per inexistenciam, vel solum per indifferentiam; ab his, inquam, & similibus quae non sunt modum ablineo, & solum a se in rerum natura praeter singularia dari debent naturas communes, in quibus ipsa a parte rei conveniunt, quomodo locum; id contingit. Est abiq; dubio Arist. cit. 4. Met. 22. ubi eos carpit Philosophos, qui tantum singularia agnoscant in rerum natura, & 2. Met. 51. ait rationem animalis communem eandem esse in omnibus speciebus, & 7. Met. docet definitionem non esse singularium, sed universalium, quod etiam de scientia dixerat 1. Post. cap. 5. & 11. & 7. Met. a. tex. 51. ubi ex insinuat contra Platonem disputat de Universalibus, & naturis communibus, concedit ultra: o haec esse veras res, neq; in hoc Platone reprehendit, sed tantum in eo, quod ea per se primo putaverit extra singularia subsistere, quod inter omnia magnum fidem facit Arist. a nobis stare.

Hanc conclusionem probat Ponceus loc. cit. haec unica ratione, quia per naturam, quae vere possit denominari universalis, nil aliud intelligimus, quam naturam per se unam, quae possit esse in pluribus individuis cum sui multiplicatione, quatenus potest habere plures naturas sibi similes in praedicatione essentialibus, sed certum est, non implicare huiusmodi naturam, imo in quolibet individuo creato saltem materiali dari de facto huiusmodi naturam, & nominatum in Petro, & Paulo, Bicephalo &c. ergo dantur naturae communes, quae denominari possunt universales. Haec ratio bona est, sed nequit Nominales convincere, nisi probetur minor, cuius probatio pendet ex inferius dicendis in hac disp. de unitate, & communitate naturae, hoc enim est quod ajunt Nominales implicare, dari talem naturam, quae in se sit una, & adhuc sit in suis singularibus multiplicata, nam multiplicata, & unitas invicem pugnant, & ideo hanc rationem contra ipsos urgere non possumus, nisi prius explicemus qualis sit haec unitas naturae, & quomodo cum ipsa sit compossibilis multiplicatio eadem in singularibus, in hoc ergo principio rationes adhibere debemus contra Nominales, quae ab solute probent dari in universo naturas quasdam communes, & reales praeter singularia, quae non sunt purae voces, & conceptus, praescindendo nunc a modo, quo existant in universo, an in singularibus, vel extra, an ab ipsis realiter, vel tantum formaliter, aut ratione sint distinctae.

6. Primo, itaq; probanda est conclusio ex significatione vocum, & conceptuum universalium, quia haec vox animal non immediate significat hominem, & leonem, & haec vox homo non immediate significat Petrum, & Joannem, sed a liquam naturam communem, in qua a parte rei citra quocumq; opus intellectus illa plura inferiora, & singularia conveniunt, & assimilantur. Item cognitio universalis v. g. animalis, & hominis non immediate terminatur ad omnia particularia sub illo contenta, ut ajunt Nominales, ergo immediatum obiectum talis conceptus formalis universalis

erit aliqua una natura ita communis illis, ut a parte rei ipsa illa plura conveniant, ergo a parte rei praeter singularia naturae etiam communes concedi debent, probatur assumptum, quia tam voces, quam conceptus communes non immediate significant, nisi res secundum rationem, quae concipiuntur, sed per tales voces, & conceptus universales inferiora, & singularia non concipiuntur secundum rationem singularitatem, aut rationem differentialium; ergo immediate significant naturam aliquam realem illis communem. Hanc rationem ad id probandum adhibuit disp. 4. log. 1. art. 1. ubi, reiecti solutiones Hurt. & Ariag. ac etiam priori tom. Met. disp. 6. qu. 16. n. 296. ad probandas praefationes obiectivas, ubi ulterius reicio solutiones Ovid. Communis tamen solutio eorum in hoc consistit, quod voces, & conceptus communes immediate significant omnia ipsa singularia in confuso, & absque ulla distinctione, sed hoc reicitur ex ipsa assumpti probatione. Tum quia si ex vi conceptus, vel vocis universalis illa plura confuse significantur, seu prout consueverunt in unum, querendum est, quomodo sit haec unitas, in qua confundi, & communicare dicantur, & haec nequit esse nisi aliqua natura communis, quae sit immediatum significatum vocis universalis, & immediatum obiectum illius actus contrarii plurium in unum.

Respondent Nominales illa plura confundi in unitatem similitudinis, & obiectum immediatum per cognitionem universalem representatum esse, non aliquid unum, sed illa plura, non ut plura, & dissimilia, sed ut unum, & similia. Contra, quia ex 5. Met. fundamentum proximum similitudinis non dicit pluralitatem, sed unitatem, id nempe, in quo plura sunt unum, ergo dicit aliquid unum, & hoc est, cui immediate tribuitur universalitas, quod argumentum late profertur infra cum Doctore 2. d. 3. q. 1. Tum quia esse obiectum alius cognitionis est exprimi per ipsam, & representari intellectu, cum ergo per cognitionem universalem singularia non represententur intellectu secundum proprias haecceitates, aut abstractiones individuales, quia tunc attingerentur non ut similia, sed ut diversa, & dissimilia, fatendum est per intellectum universalem exprimi, & representari unam rationem communem omnibus, & hanc solum ab intellectu attingi, & concipi. Tum quia per cognitionem universalem singularia non attinguntur, & ergo sola natura communis, in qua fundatur universalitas, probatur assumptum, quia singularia nequit cognosci sine singularitate, aut aliqua individuali ratione, sicut alium nequit cognosci sine albedine, sed sic est quod per cognitionem universalem non exprimitur, aut representantur haecceitates singularium; ergo nec ipsa singularia. Dices representari saltem confuse, & indistincte, ac imprecise. Contra, quia hoc est representari in aliquo praedicatione utrique communis, hoc igitur praedicationem commune erit obiectum immediatum illius actus, tum quia haec cognitio nedum habet significatum implicatum, sed etiam explicitum, non enim esse potest cognitio, nisi aliquid obiectum secundum, aliam rationem obiecti intellectu explicito cognoscendum, illud ergo erit immediatum significatum, ratione cuius confuse, & imprecise singularia significantur. Dices iterum cum aliis cognosci quidem singularia per cognitionem universalem non formaliter, sed materialiter, quatenus cognoscitur similitudo ipsorum, quae cum singularibus identificantur. Contra, quia cognosci materialiter non est cognosci identitate, sed mediata, quia est cognosci ratione alterius immediate cognoscitur, cum quo identificantur, imo hoc non sufficit, ut aliquid obiectum proprie dicatur cognosci, alioquin visus dici posset attingere qualitates identificatas cum albedine inquam quae sunt extra sphaeram sui obiecti, ut v. g. dulces in emina laete, quae materialiter cognoscuntur, quatenus cognoscitur id, cum quo ille identificantur, vel uniantur.

7. Deinde potest reici solutio haec, & probari quod unitatem conceptus universalis, de quo hic loquimur, non sufficit unitas similitudinis, quam semper Adversarii habent in ore, quia conceptus naturarum praedicationum, de quibus in hac disputatio, solum est sermo, ut ab initio eius dictum est, sunt univoci, quod, & ipsi concedunt, ergo debet esse aliqua ratio praeter singularia respondere, in qua illa plura univocentur, neque sufficit unitas similitudinis, id est quod habeant plures rationes similes, quia talis unitas sufficit quidem ad analogum proportionalitatis constituendum, non tamen ad conceptum univocum secundum doctrinam ipsorum. Tamen quia si per cognitionem universalem plura cognoscerentur, ut similia, iam actus terminatur formaliter alio modo ad pluralitatem, ac constat per illam actum nullo modo cognosci explicitae, & representari pluralitatem, ergo plura, ut similia, non possunt immediate significari. Probat major, quia si individua, cognoscuntur ut similia, ergo ut extrema dissimilia, relatio enim similitudinis non potest esse, nisi inter extrema similia; probatur etiam minor, quia actus ille ob sui confusione non attingit singularitates omnium individuatorum, ergo neque pluralitatem eorum, quae non nisi ex illis provenire potest. Respondet Ovid. controverf. 3. Log. p. 5. in fine in universali non significari individua, ut similia formaliter, & positive, sed materialiter, & negative, quia tantum significatur non differentia inter se propter similitudinem fundamentalem, quam habent, quae apparet veluti quaedam identitas, cum propter illam nequeat intellectus unum individuum ab alio discernere. Contra quia si non cognoscitur similitudo formaliter, sed materialiter, sed fundamentum duntaxat similitudinis habetur intentum, quia id est cognosci quod naturam, in qua omnia individua assimilantur, cum unitas sit funda-

fundamentum similitudinis, sicut pluralitas dissimilitudinis ex 5. Metaph.

Secundo, probatur ex veritate praedicationis, in qua natura communis enunciat de aliquo particulari, ut cum dicitur, Petrus est homo, hic namq; proprium, & immediatum hominis significatum praedicator de Petro, & tamen tota individuum collectio aequat de illo verificari, alioquin nedum Petrus esset, sed Paulus, Joannes &c. ergo id, quod praedicator, est una natura aliquam, quae communis omnibus. Ovid. loc. cit. num. 14. ait argumentum procedere etiam contra sententiam obiective praedicationum, iuxta quam universale quoc; continet plures rationes abstractas inter se distinctas, quarum collectio de nullo inferiori potest praedicatori, deinde respondet universale praedicatori de omnibus individuis, non secundum se totum, sed secundum aliquam sui partem, quae apparet inflat totius, quia intellectus non decernit inter partem, & totum propter confusione partium universalis, scilicet singulorum individuum cum toto universalis, seu cum tota collectione individuum, unde concludit, quod collectio est praedicatoris de quolibet individuo solum sumptum secundum rationem abstractam ab illo individuo, quae in illa collectione includitur, quam respondentem rursus ad idem argumentum adhibet, & adhuc magis declarat controverf. 4. Met. p. 8. num. 32. ubi ait obiectum significatum per hanc vocem homo quod praedicator de Petro, & Joanne, non verificari de Petro, quatenus verificatur de Joanne, quia de Petro verificatur, quatenus in illo obiecto, quod continet collationem individuum, continetur Petrus, ad quem tantum ad subiectum verificationis totum praedicationem contrahitur, cum dicitur, Petrus est homo; & idem proportionaliter dicendum est, cum de Joanne praedicator. Hoc etiam argumentum adhibuit obiectum supra, in Log. & Met. ubi quoc; varias Hurtad. & Ariag. solutiones contactas, & ex ibi didis facit etiam responsum Ovid. reicitur, quae parum distat ab illis, nec nisi verbis differt; ait enim Ariag. disp. 7. Log. num. 31. naturam humanam confuse conceptam esse praedicationem de quolibet individuo inadeguate, id est unam de uno, & aliam de alio, cum qua, ut patet, profertur coincidit responsum Ovid.

8. Hec igitur responsio retinenda est, ut ibi disp. 4. Log. qu. 1. art. 1. quae tunc praedicator est negatoria, & eadem de seipso, ut bene urget Lichet. contra Ocham 2. d. 3. q. 2. §. Ad responsum, quandoquidem idem eodem modo conceptum de seipso per se dicatur, nihil enim conciperet sub ly homo, quod non esset conceptum sub ly Petrus, quia nullum significatum illi respondet, quod magis explicito diceretur de Petro, cum secundum doctrinam ipsorum non detur aliud significatum immediatum nominum communium, nisi ipsa individua, & sic non esset praedicatori superioris de inferiori, aut universalis de singulari, quia praedicationem non habet majorem latitudinem subiecto, quam instantiam ad huc magis profertur contra Ovid. disp. 6. Met. qu. 16. art. 1. num. 296. Et saltem est, quod aiebat idem Autor idem quoc; argumentum procedere contra praedicationes obiective, quia etiam secundum illam sententiam universale continet plures rationes abstractas inter se distinctas, quarum collectio de nullo inferiori potest praedicatori. Id, inquam, saltem est, nam in nostra sententia Universalis continet unam tantam rationem abstractam, quae de omnibus, & singulari inferioribus praedicator, & importat immediatum significatum nominis universalis, ut animal naturam communem animalis, & homo hominis, ut magis constabit ex inferius dicendis.

At respondet Ovid. loc. cit. in Logica num. 15. in praedicatione naturae universalis de inferiori sub illa contento praedicationem utique non retinere universalitatem, quam antea habebat, sed contrahit rationem illam inferiorem, quae subiectum circumfcribitur, dicitur autem praedicationem naturae universalis, quia est praedicationem quoddam naturae, quae continebatur in illo universalis, quod per aggregationem inferiorum erat constitutum, & quia eodem modo significatur iam contracta in actuali praedicatione, quae significatur aggregatum, in quo continebatur; in hac enim praedicatione Petrus est homo, ratio hominis i identificata cum Petro, quae tantum se tenet ex parte subiecti, eodem modo significatur, quae significatur tota collectio hominum in hoc universalis specificatione homo, & est id, quod antiqui Nominales dicebant in praedicatione naturae universalis de inferiori, licet non praedicator natura de quolibet inferiori secundum totam latitudinem suam quantum ad rem, praedicator tamen quantum ad modum in sensu explicito. Contra, quia haec solutio ad amissam concedit totum, quod argumentum pretendebat, nimirum hanc praedicationem Petrus est homo, non esse proprie loquendo superioris de inferiori, vel universalis de particulari, sed potius ejusdem de seipso, concedit enim illud praedicator homo non retinere universalitatem, sed contracta ad rationem illam inferiorem, quia sicut iam circumfcribitur adeoquod non habeat majorem latitudinem in re, quam ipsum subiectum, sed tantum in modo loquendi, quatenus etiam contractum in actuali praedicatione adhuc, eodem modo significatur, quod significatur aggregatum, in quo continebatur, ergo a parte rei illa praedicationem non est universalis de particulari, sed superioris de inferiori, sed tantum secundum vocem, & quod modum loquendi. & in re est praedicator negatoria, ac ejusdem de seipso, quia nihil concipitur sub ly homo quod non sit conceptum sub ly Petrus, nec patet latus homo, quae Petrus; nisi secundum vocem. Conf. quia si in hac praedicatione Petrus est homo tantum se tenet ex parte

praedicatori ratio hominis identificata cum Petro, ita quod non habeat significatum latus, & communis Petro, ergo haec praedicationem aequivalere illis, Petrus est Petrus, Petrus est quidam homo, Petrus est hic homo, quia illarum quolibet idem profertur dicitur ex parte praedicatori, ac dicitur propositio illa Petrus est homo, quae sicut illae non sunt praedicationes naturae universalis, aut superioris de inferiori, ita neq; illa, aut, & ipse quoc; erunt praedicationes naturae universalis, quod nemo concedit.

9. Respondet rursus Ovid. praedictas propositiones non esse naturae universalis, quia non dicunt ex parte praedicatori naturam identificatam cum Petro, quae in universalis continetur, eodem modo significatam, quo significatur totum universale, homo, sed affectum signo particulari, aut demonstrativo, quibus non afficitur praedicationem huius propositionis naturae universalis Petrus est homo, Contra eandem urgeo replicam, quia hoc est discrimen solum in voce, & quod mox loquendi, alioquin in re id totum significat homo cum praedicator de Petro dicendo Petrus est homo, quod significat affectum signis particulari, vel demonstrativo secundum totum doctrinam; ergo in re omnes istae propositiones aequivalent, & sic vel omnes, & singulae sunt praedicationes superioris de inferiori, vel nullae, quorum utrumq; falsum est. Deinde cum dicitur, Petrus est homo, aut ille conceptus hominis est tantum naturae verificari de Petro, aut etiam de Petro, & de Joanne; si primum, ergo illa praedicationem non erit naturae universalis, quae potest secundum eandem rationem praedicatori de pluribus, sed erit ejusdem de seipso, & omnino aequivalens illi Petrus est Petrus, est hic homo &c. si secundum, ergo praedicationem illud homo latus patet, quam subiectum, & habebit aliquam unitatem, & communitatem, quam Petrus non habet, & secundum quam a Petreitate praescindit, quod tandem veritate coactus aliquo pacto concedit Ovid. loc. cit. dum inquit, quod in hac propositione Petrus est homo praedicationem hominis praescit, quatenus significatur ex parte praedicatori praescindere a differentia Petri, in alius vero non praescindere, quia signum particulare, & demonstrativum illas importat; vide plura apud Lichet. citat. 2. diff. 1. qu. 1. contra hanc Nominalium doctrinam defendit rationes Ocham.

Dices, haec insinuat de praedicatione naturae communis de individuo non potest parte urgere sententiam, ac Nominalium, quia nec in nostra sententia ipsa praedicator de Petro, nisi quatenus ad ipsam contracta, & cum ipso identificata, immo supra talem identitatem fundatur veritas istius praedicationis, Petrus est homo, neq; enim praedicator de Petro hominis Pauli, vel Joannis, sed illa quae cum eo identificatur; si ergo praedicator ut contracta ad ipsum, & cum ipso identificata ergo non ut indifferens, & determinata ad alia, & sic non praedicator per modum universalis naturae, quia praedicationem non latus patet subiecto, & dum contrahitur, universalitatem amittit. Resp. negando assumptum, quia ut constat ex infra dicendis, natura enim contracta retinet quandam indifferentiam negativam, seu non repugnantiam, ut possit esse in alio individuo, quare sicut in statu contractionis talem adhuc retinet indifferentiam, & communitatem quia non illi extrinseca singularizatur, ita etiam fundare potest universalitatem, quia ob talem indifferentiam salvatur, quod est praedicationem sit realiter cum subiecto identificata, adhuc tamen secundum suam rationem formalem latus patet subiecto, unde cum dicitur Petrus est homo, in hac praedicatione homo universalitatem non amittit, ut enim eam amitteret, opus esset quod conceptus communis in singulari rem verteretur, de quo vide disp. 4. Log. q. 2. art. 5. quod quidem asserere nequeunt Nominales, quae nullam talem indifferentiam, & communitatem, nec positivam, nec negativam a mittunt in natura communi, & praeterim in statu contractionis.

10. Tertio probatur ulterius conclusio ex ipsa universalitate, & communitate naturae, nam universale praedicator de singulari inferioribus, at si non importat unam naturam, sed immediate collectionem, & aggregatum omnium individuum non potest de singulari praedicatori, ergo universale non dicit immediate omnia individua simul sumpta, sed aliquam unam naturam illis communem; Probatur minor, quia illa tota collectio individuum, in qua statuunt Nominales universalitatem v. g. naturae humanae, explicatur per hoc complexum omnis homo, sed hoc complexum non potest de Petro praedicatori, sed fallum enim est, quod Petrus sit omnis homo. Conf. quia universale non solum ad singularia inferiora operibus esse debet, & de singulari praedicatori, sed etiam de omnibus individuis collectivè sumptis, sed hoc fieri non potest, si universale aliud non est, quam omnia individua collectivè sumpta, quia tunc sensus istius propositionis omnes homines sunt homo, esset hic, omnes homines sunt omnes homines.

Respondet Ovid. loc. cit. negando, quod universale bene explicatur per illud complexum omnis homo, quia per nomen universale significatur singularia omnia in confuso, in illo vero complexo significatur singularia distincta inter se, quia complexum illud rationis signi omnis resolvitur formaliter in istud hic homo, & hic homo, & hic homo. Alii concessit etiam, quod universale bene per illud complexum omnis homo explicatur, adhuc ad conf. negat assumptum, quia divisum adaequatur ab omnibus membris dividentibus collectivè sumptis, atq; adeo universale nequit esse superior ad omnia inferiora simul sumpta, sed ad singularia tantum. Contra, quia secundum Adversarios universale non importat aliquam unam naturam, sed immediate omnia individua simul sumpta, sed talis collectio bene explicatur per illud complexum omnis homo, ergo si univer-

universale in tali collectione præcise consistit optimè per illud complexum explicatur universale, vel potius dicendum universale non præcise in tali collectione consistere; imò ex hoc solo fieri debent universale importare unam naturam, quæ est ejus immediatum significatum, & in qua individua confunduntur, nam ponendo illud consistere in collectione, debet necessario concedi, quod bene explicatur per illud complexum, sicut per illud bene explicatur illa collectio, & respondere, quod non bene explicatur universale per illud complexum *omnis homo*, quia in illo complexo significantur singularia distincta inter se, est palam negare quod universale sufficienter explicatur per illam collectionem, quia illa collectio sufficienter explicatur per illud complexum, & consequenter etiam universale, si universale nil aliud præter illam collectionem importat. Confirm. hæc replica, quia utiq; verum est universale non bene explicari per illud complexum *omnis homo*, sed ratio hujus est, quia universale non importat omnia immediate individua simul sumpta, nam adhuc in tali collectione significantur possumus, ut d. dist. 2. inter se, sed importat unam naturam omnibus communem, & a differentibus præcedentem, in qua prout omnia individua prout confunduntur. Consequenter, in qua prout omnia individua est, ut de subiecto verificetur secundum omnia, ea, quæ actu continent, sed illa collectio actu continet omnia inferiora etiam inter se distincta, ergo si universale in tali collectione consistit, bene explicabitur per illud complexum, & secundum illam collectionem de quolibet inferiori prædicabitur, quod est falsum.

11 Sed neque valet responsio aliorum ad cons. nam universale definitur, ut superius respectu inferiorum, alioquin universale non esset, sed definitur in ordine ad inferiora omnia non distinctivè solum, sed etiam collectivè sumpta, ergo non ad singula solum est superius, sed etiam ad omnia simul. Confirm. quia hæc prædicatio *omnes homines sunt homo* est vera ex parte speciei, at non est prædicatio nisi speciei de individuis, ut patet ex sufficienti enumeratione modorum prædicandi. Neq; per hoc, quod omnia membra divinum adæquant, tollitur ejus superioritas respectu inferiorum, hæc enim consistit in communitate quadam respectu illorum, quæ ad hoc consistit etiam cum illis adæquetur, sicut etiam dicitur universalis, & communis non tantum in ordine ad unum, vel alterum effectum ab ipsa productum, sed etiam respectu omnium, quibus ejus potentia dicitur adæquare.

Denique probatur conclusio ex objecto scientiæ cum Basilo. 2. dist. 12. q. 4. art. 2. nam scientia est de universalibus ex 1. Post. 11. & 2. de anim. 60. non autem de singularibus, tum ob eorum contingentiam, tum ob eorum infinitatem; ergo ultra singularia dari debet natura communis, ut immediatum scientiæ objectum. Nec reponere valet, scientiam quidem esse de universalibus, non tamen de rebus, sed de omnibus, & conceptibus universalibus, in quibus singularia habent unitatem. Quia res, & non nomina definitur, & rerum proprietates ex rebus essentialiter demonstrantur, ergo scientiæ de rebus sunt, non de nominibus, vel conceptibus. Si dicatur esse de nominibus, & conceptibus, ut tamen supponunt pro rebus. Contra, quia vel res, pro quibus supponunt, sunt ipsa pluralia singularia, vel aliqua natura una illis communis, si secundum habetur intentionem, si primum redit idem argumentum, quod singularia non sunt in se scientia. Tum quia idem tuos argumentum de nominibus, & conceptibus fieri potest, non enim est scientia de unibus, & singularibus, quia conceptus, & nomina penè sunt infinita, ergo est de illis, ut in aliquo communi conveniunt, quod quidem non est de illis commune, ut signum, sed ut res, alioquin daretur processus in infinitum, ergo erit de aliquo, quod est intrinsecum illis, & sic idem dicendum de scientia rerum in seipsis. Conf. ex subiecto primo, & adæquato passionis realis in qualibet specie, hoc enim nequit esse individuum, passio siquidem specifica cum nullo singulari convertitur sub eadem specie, quandoquidem si cum uno converteretur, non posset de alio prædicari, quæ est doctrina Arist. 1. Post. tex. 12. si ribile dicitur prædicatum primum, & immediatum humanitatis, non Petri, & Joannis his enim convenit solum mediata, & secundario, ergo in qualibet specie naturæ communis est primum, & immediatum subiectum passionis specificæ, non individua ipsa, sive simul, sive distinctim sumpta. Et idem argumentum fieri potest de definitione, definitio namque primo de definitis prædicari debet, id est primitate adæquationis, sed non potest sic prædicari de aliquo individuo, quia tunc alius in individuo sub eadem specie contentis convenire non potest; nec etiam sic prædicari potest de aliquo extrinseco ipsis individuis, v. grat. de nomine, vel conceptu hominis, ut satis de se patet, ergo per se primo prædicatur de illo, quod nec est individuum, nec individuum extrinsecum, sed de aliquo, quod est eis intrinsecum, & commune, qualis est natura humana, ut sic.

12 Recentiores quidam secuti Gregorium 1. d. 3. q. 1. art. 2. §. pro quarto dubio ne concedant objectum per conceptum, seu cognitionem universale immediate repræsentatum esse aliquid existens in individuis, dixerunt objectum talis actus esse idolum quoddam, vel simulacrum ab intellectu constructum, atque ad eod. nullo modo per se individuus existens, sed bene individuum repræsentativum, ratione quæ repræsentationis potest supponere pro individuis, & per hoc ajunt hær prædicationes necessarias, & de ipso scientiam immediate haberi, ac ipso mediante de individuis simulacrum illud habet in esse apprehensio, & objectivo, quicquid habet res existens a parte rei, cuius est imago, v. g. quando ego concipio hominem, meo conceptui formali respondet quidam homo factus,

in quo considero prædicata similia his, quæ realiter video in Petro, & Paulo, qui remotè cognoscuntur in eo idolo, quæ tamen intellectus noster ex cognitione illius ducitur ad agnoscendum Petrum, & Paulum, atq; ille homo factus æqualiter est in Petro, & in Paulo non quidem intrinsece, & realiter, sed extrinsece, & intentionaliter per similitudinem prototypi cum exemplari, ut imago Caesaris reperitur in Cesare extrinsece, & in esse repræsentato. Et alii ad hanc imaginationem magis declarandam ajunt ab intellectu nostro spectari quendam producti, quæ loco objectivum subsistentur, & in illis tanquam in imaginibus ista cognosci, itant intellectus eorum dicitur animal cognoscere, quatenus speculatur spectrum quoddam, quod loco animalis subsistentur, & extenus dicitur rationale percipere, quatenus percipit spectrum aliud ab ipso productum, & loco rationalis subrogatum, ita referunt Hurt. disp. 5. Metaph. sect. 11. Ariag. disp. 6. log. sed. 1. Ovvid. controv. 3. log. p. 4. Amictr. d. 4. log. q. 2. dub. 1. quam imaginationem ibi unanimitè hæc rejecerunt.

13 Errat in pluribus hæc dicendi modus, & primo quidem quia non constat ex dictis in lib. de anim. in intellectu nostro duplex tantum est imago, una virtualis, & impressa, quæ est ipsa specie intelligibilis, alia formalis, & expressa, quæ est ipsa conceptio, & verbum mentis, per quam intellectus noster immediate obiecta ipsa realia cognoscit nullo idolo producti, quod immediate attingit, seu in quo cognoscit obiectum, tanquam in ipsis subsistit, ergo, si sum est in rerum cognitione ab intellectu nostro spectari illa producti loco objectivum subsistentia. Tum quia scientia tunc non est de ente reali, ac necessario, ut ait Arist. 1. Post. cap. 2. sed de ente rationis, & conficto, & prædicationes ferent inter subsistentia, & prædicatum conficta, nam homo correspondens cognitioni universalis hominis est homo factus per hos Auctores, & pariter rationalitas de ipso immediate enunciata est conficta. Tum quia universale debet cum suis inferioribus identificari, & de illis essentialiter prædicari, quod sine identitate fieri nequit, ac idolum animalis v. gr. non identificatur cum suis inferioribus, scilicet equo, & homine, neque hominis idolum cum Petro, & Paulo, quia ens rationis non identificatur cum ente reali, in eo igitur idolis hujusmodi universalis saluta tribuitur. Tum quia falsum est illi simulacrum convenire prædicata similia his, quæ realiter conveniunt obiecto a parte rei, tum homini facti non nisi fida, & chimerica tribuitur a fionalitate, hæc autem veræ rationalitati similes non est. Nec dicitur sufficere esse prædicata similia intentionaliter, non realiter; non inquam sufficit, quia prædicata superioris, & inferioris non tantum debent esse similia, sed profusæ eadem, nam eadem est rationalitas, quæ convenit homini in communi, & in particulari, ergo non sufficit inter ea similitudo præferentiæ intentionalis. Tum tandem in priori, quia ut arguit Lichez. cum Doctore 2. dist. 3. q. 1. prop. finem omnis, quæ sunt in linea prædicamentali, sunt veræ res, & non tantum entia rationis, & rationes communes, v. grat. prædicament subsistentia sunt essentialia hominis, & Petro, quia homo est essentialiter animal rationale, cum animal fit genus, quod prædicatur in quid, & rationale differentia, quæ prædicatur in quale quod, ergo illæ rationes non sunt factæ, & hanc rationem afferit quoque Hurt. citat. §. 124. quam immo dicit inefficacem esse Arist. dicens posse facilius responderi esse quidem essentialia inferioribus eas rationes, quæ fundamentali ratione universales, quæ verò sunt formaliter universales, solum similitudine esse essentialia, quatenus, quæ alia similes eis universalibus factis, sunt a parte rei essentialis Petro, Paulo. Sed hæc solutio parum valet, quia ut supra arguebatur falsum est idolo illi fido convenire prædicata similia his, quæ conveniunt obiecto a partem, tum quia universale, ut sic, debet cum suis inferioribus identificari, ac essentialiter de illis prædicari, & non per similitudinem tantum, tum tandem, quia si dicitur id convenire rationibus formaliter universalibus ob rationes fundamentales universales, iam ex hoc habemus intentum, quod debeant admitti a parte rei nature pluribus communes per indifferentiam, quæ ob talem realem communitatem aptæ sunt fundare universalitatem formalem, & logicam.

ARTICULUS II.

Argumenta Nominalium soluta.

14 Obiiciunt primò nonnullas Arist. auctoritates, nam 7. Met. tex. 45. & inde quaerens, an universale sit substantia, concludit impossibile esse substantiam esse quodammodo eorum, & per universaliter dicitur, & 10. Met. tex. 6. inquit, si autem nihil universale possibile est substantiam esse, nec hoc ipsum, ut unum quod præter multa, substantiam esse possibile est (commune namque) sed ut prædicatum solum. Tenet ergo Aristotel. universalis esse non res, sed solum nomina communia, vel communes conceptus, quibus convenit prædicari.

Respondet ad 1. Doct. ibidem in expositione, textus non intendere Philo. solum ibi simpliciter negare substantias universales, quia contradiceret sibi, nam genera, & species in prædicamento subsistentia ponit esse substantias secundas, ut patet in prædicamentis, sed negat esse substantias universales eo modo, quo Platonicæ ponant, scilicet esse aliqua universalis, quæ erant substantia, & quodquid est singularium, & ab eis realiter separata.

hoc enim est impossibile, nam quidditas, & substantia cuiuslibet est propria sibi, & sibi realiter inexistens, ut probat prima ratio Philo. ibidem, & sic exponit quoque noster Alensis ibid. Ad 2. ait Doct. in eundem textum innotuit Arist. esse, quod nec ens, nec unum est substantia per se existens, & subsistens, quod probat ex eo, quia nullum universale est substantia per se existens, quæ modum autem se dixit 7. Metaph. 45. sed ens, & unum, sunt maxime universalis dicta de omnibus, ergo ens, vel unum non est substantia per se existens, aut subsistens; ex quo patet in eodem sensu Arist. hic negare ens, & unum esse substantiam, quia sunt universalis; quo negat 7. Metaph. 45. ubi se ipsum citat, universalis esse substantiam nempe in sensu Platonicis, unde nescio, ex quo capite Margo Scoti ad hunc textum dixerit non esse hanc expositionem textui conformem, cum Arist. ipse seipsum explicet, cum dicit ens, & unum non esse substantias eo modo, quo 7. Metaph. negatur universaliter, contra Platonem universalis esse substantias. Verum quidem est, Alensis ex hoc textu colligere universalis esse tantum in conceptu, quod Nominalibus favet, cæterum hoc forte dixit de universalibus formaliter sumpto, nam sub tali denominatione formaliter est tantum in intellectu, ut dictum est ab hujusque initio, vel potius id dixit, quia ens, & unum cum sint gradus transcendentis, non autem prædicamentales, non aliquid præferentem a parte rei realitatem, aut naturam communem, cui adæquate conceptus eorum objectivi innotuit, sed solos conceptus inadæquatos a pluribus realitatibus abstractos, & ut dixit 2. de natura entis dictum est, unde verum est ens, & unum non importare naturas communes, de quibus in hac disputatione est sermo.

Secundo natura, ut præcisa à conditionibus individualibus repugnat existentia, quia ad existentiam requiritur singularitas, unde si præcisa à singularitate, præcisa quævis à potentia ad existendum; ergo natura communis, vel universalis quid reale esse non potest, vel ergo erit quid fictum, vel sola nomina, & conceptus communes res ipsas singulares significantes, aut quicquid est in singulari v. gr. Petro est id determinatum ad Petritatem, ut nequeat esse in Paulo, ac aliiis individuis, ad id quod est universale, est ita determinatum, ut possit esse in Petro, Paulo, & aliis. Nec juvat dicere humanitati Petri repugnare determinatione ratione singularitatis naturam determinantis, non autem ratione ipsius naturæ; nam undecumque proveniat repugnantia ad essendum in multis, iam constat impediri universalitatem, ne naturæ conveniat. Tandem omnibus prædicatis in singulari reperitis convenit singularitas, cum sint singularia; ergo nullum potest in eis assignari prædicatum intrinsecum, quod de se sit commune, & universale; antecessens patet, consequentia probatur, universalitas siquidem, & singularitas eidem convenire non possunt, cum oppositæ habeant conditiones; universalitas namque dicitur a potitudine ad essendum in multis, singularitas verò repugnantia.

15 Resp. neque nos asserere universalitatem naturæ dari a parte rei, sed solum naturam, quæ talem universalitatem fundare potest accedente opere intellectus, unde aliud est loqui de universalitate pro formalis, aliud de abstracto universalitate, universaliter utriusque reale non est, bene tamen natura, quæ universalis denominatur, & quavis naturæ, ut præcisa à conditionibus individualibus existentia repugnet, tamen ad hoc, ut ens reale dici possit, sufficit, quod possit existere in singularibus, sive conjuncta singularitatis multa enim dantur, quæ sunt entia realia, quæ tamen seipis immediate existere nequeunt, sed cum alterius consortio, ut constat de accidentibus præcipue respectibus. Ad 2. respondetur, ut ibi, unde ex communi Scotilorum doctrina cum Doctore 2. dist. 3. q. 1. & seq. aliquid esse singulare potest bifariam contingere, uno modo intrinsece, seu per inclusionem singularitatis, & hoc modo negatur, omnia, quæ sunt in singularibus, esse singularia, quia sic solum individuum per singularitatem esse conditum est singulare; alio modo potest aliquid dici singulare extrinsece, seu per conjunctionem cum singularitate, & hoc utriusque modo verum est, quicquid est in singulari esse singulare, ex quo sequitur pari modo quicquid est in singulari esse determinatum vel intrinsece, vel extrinsece solum, quo pacto natura dicitur a singularitate determinari ad unum; cum quo adhuc latet, quod et non repugnet ab intrinseco commune cum tali natura divisione individuali, quia extrinseca determinatio cum indeterminatione negativa ab intrinseco non repugnat, & illud impedimentum non est intrinsecum, sed extrinsecum, & per accidens, per quod patet ad instantiam factam contra solutionem inter arguendam datam. Ad ultimum patet per idem, nam omnia prædicata, quæ sunt in singulari, sunt singularia vel intrinsece, ut ipsa individualis differentia, vel saltem extrinsece, ut ipsa natura, sed inde negatur consequentia, quia licet quod est intrinsece, & de se singulare nullo pacto fieri possit commune, & universale, nihilominus, quod extrinsece solum, & per accidens, seu per solam identitatem in tertio est singulare, potest esse universale, & commune per se, & intrinsece, & sic dicimus evenire de natura communi. Cum autem dicitur a singularitate, & singularitatem eidem convenire non posse, quia præcisa à potentia, respondendum est, quod licet opposita prædicata nequeant eidem convenire respectu eisdem, & eodem modo, bene tamen respectu diversorum, & diverso modo, eodem enim album dicitur alteri albo simile, & diffimile nigro, sic in proposito natura in individuo existens dici potest universalis, & singularis, universalis formaliter per intellectum, & fundamentaliter ex se, singularis verò per hæcæcitatem, & indeterminata intrinsece, particularis, & determinata extrinsece.

16 Sed Dices, natura abstracta, & præcisa ab inferioribus non est existentia a parte rei, sed tantum per intellectum, sed non habet communitatem, nisi beneficio talis abstractionis, vel præcisionis, ergo a parte rei est communis, sed tantum per intellectum. Resp. negando majorem, quia si res attentè consideretur, videlicet abstractio, non tollere conjunctionem, quam habet natura cum singularitatibus secundum rem, potest enim natura dupliciter ab hæcæcitatis præcise, vel secundum se, quatenus nimirum a parte rei natura nunquam intrinsece, & essentialiter hæcæcitatem includit, licet sic eum ea conjuncta; vel per intellectum, quatenus intellectus naturam in se cognoscit non attingendo hæcæcitatem; prima abstractio quidem non tollit conjunctionem naturæ cum hæcæcitatem, imò semper manet etiam ipsa natura conjuncta sit cum illa, quia aliud non importat, quam naturam ex se non habere hæcæcitatem, cum quo non repugnat, quod illam habeat ab alio similiter nec altera abstractio, scilicet per intellectum tollit realiter conjunctionem realem naturæ cum hæcæcitatis, quia hic abstractio, quæ modus importat solum, ut dixi, quod intellectus actu suo naturam attingit tantum non attingendo singularitates, & hæc secunda abstractio originem ducit prima, quia enim natura in se non includit singularitatem a parte rei, idem reperto in re hoc fundamentum naturam concipit non concepta singularitate; patet ergo quomodo cum utraque abstractione sit conjunctio realis naturæ cum hæcæcitatis, qui est punctus valde considerandus in hac materia.

Tertio arguit Ariag. disp. 6. log. sect. 2. nemini natura existens a parte rei, sed nec etiam objective præcisa potest intrinsece prædicari de quolibet individuo, ergo non est universalis, consequentia patet, probatur assumptum, quia natura illa est natura realis omnium hominum, sed natura omnium hominum non potest intrinsece tota de Petro prædicari, ergo nec de quolibet individuo; major patet, probatur minor, quia Petrus realiter, & adæquate distinguitur a reliquis hominibus, ergo natura aliquorum non potest eundem numero intrinsece de Petro verè prædicari, alias Petrus haberet naturas omnium hominum secum identificatas, esseque verè, & realiter omnes homines. Confir. implicat idem realiter intrinsece prædicari de Petro, & Paulo, & tamen Petrum, & Paulum non convenire realiter identitè cum illo, quod enim realiter intrinsece de aliquo prædicatur, realiter identificatur cum illo; ergo si idem omnino de Petro, & Paulo realiter intrinsece prædicatur realiter identificatur una, eademque res Petro, & Paulo, ergo sunt realiter, & intrinsece idem inter se, quod est aperte falsum. Denique repugnat aliud esse unum in re realiter, & dividi realiter, ac intrinsece in plura, quæ sint adæquate idem cum ipso, distincta tamen inter se; ergo repugnat illam naturam objective esse intrinsece unam, & dividi realiter in plura, quæ sint adæquate idem cum ipsa, consequentia patet, quia implicat inter duas partes totum aliquod dividendes quamlibet earum esse idem adæquate cum toto, qui pars adæquate totum.

17 Resp. ut supra dictum est, neque hoc esse intentionis esse dari a parte rei naturas universales formaliter, & complete, ut dictum est disp. 4. log. q. 1. art. 2. sed tantum dari naturas communes per indifferentiam, quæ quidem communis licet sufficiens sit ad fundandam universalitatem proprie dictam, non tamen est ipsa proprie universalitas, quia hæc, & majorem naturæ unitatem, & strictiorem communitatem expolice, quia patet unitatem, & communitatem per inexistentialiam, ut loc. cit. explicatum est; unde quia hæc argumenta de logica universalitate loquuntur, quæ proprie per prædicari de pluribus solet explicari, non autem de universalitate metaphysica, de qua hic est sermo, concedi possent ex ea parte, de qua concludunt non dari naturam universalem a parte rei; at tamen, quia ut universale logicum actu, vel saltem potentia proxima de pluribus prædicetur, opus est ut universale sit prædicari; super quod fundatur, possit saltem remotè de pluribus prædicari; & hoc præsertim naturæ objective præcise a singularibus convenire potest, & respondetur ad 1. quod hæc natura existens a parte rei, & ut præcisa à singularitate (nam ut supra dicebamus num. 16. nemini natura per intellectum a singularitate præcisa, sed etiam secundum se, & a parte rei), quatenus eam intrinsece, & essentialiter non includit, nequeat de quolibet individuo proxime prædicari; prædicatio dicente hoc est hoc, bene tamen remotè, & sic sequitur, quod licet in tali statu dicitur non esse universalis logicæ, & complete, quia ad hoc requiritur prædicatio posse de pluribus, vel actu, vel saltem potentia proxima, potest tamen dici universalis metaphysicè, & remotè, vel fundamentaliter; potest autem remotè ita prædicari, quia est indifferens, quantum est de se, ut non minus hoc individuum constituit v. gr. Petrum, quæ de facto constituit, quam aliud, scilicet Paulum non quidem conjunctim, sed divisim, cum vero probatur illud assumptum, quia natura illa objective præcisa est natura realis omnium hominum, & natura omnium hominum nequit intrinsece tota de Petro prædicari, dico illam esse a parte rei naturam realem omnium hominum non quidem per inexistentialiam, quia soli Petrum existit, sed bene per indifferentiam modo iam explicato, & magis infra explicando, & in hoc sensu natura omnium hominum, scilicet per indifferentiam potest intrinsece tota de solo Petro prædicari; & cum probatur oppositum, quia Petrus adæquate

